tare posset, quæ prohemia appellauit. Deinde nar-
rationes quasdam rerum/quas populo persuadere
uolebat:& eas modo confirmādo/modo contraria
confutando/ argumentis / & rationibus uallauit.
Has uocauit *αγορα*/id est certamina. Tertio bre-
ues quasdam rerum dictarū collectiones: quas uoca-
uit Epilogos. Quibus rebus adeo exercitatus est,
ut se semper defenderet/resq; amissas recuperaret/

Simulacrum u. 60
nuz retinē / sibi

abij. rhenorice
bid. rhenorice
inuenit
p. in dialogos
de. rhenorice
dicitur

prohemia 19

certamina

epilogos

opozia
pheredel d. 20 iudiciorum p. rhenorice de pitagora in p. rhenorice
oratio. Simoni del. longed. q. rhenorice ala memo.

atq; animos populi in quamcunq; partem uellet
 impelleret. Huic arti/ seu benedicendi sciētiae Rhe
 toricæ nomen fecit: quæ est pacis comes, & bene
 constitutæ Ciuitatis alūna, Regina rerū, & perfe
 cta sapientia: Cuius ornatu/ & uerboꝝ lenocinio
 capti mortales/ mendacio credebant. Nihil enim
 erat tam incredibile/ quod nō dicendo fieret pro
 babile. Zeno ille/a quo disciplina Stoicoꝝ est, sa
 tis in differendo subtilis/atq; in capiendo aduersa
 rio uersutus homo: accipiens homines inanis elo
 quentiæ splendore deceptos: falsum ne hoc esset/
 an uerum, satis discernere nō posse: sed semp erra
 re, ac pro ueris sibi falsa proponere, disputādi ar
 tem excogitauit: qua nō magis deciperentur, sed
 discerent bene disputādo fallum/a/ uero, & rectū
 a/curuo dignoscere. Hæc ars bene disputādi/a/re
 ipsa nomē accepit, & Dialectica dicta est: quæ dis
 putādo, refellendo, probādo, ad ueritatem inue
 niendam ualet plurimū:& sine qua ad ueri cogni
 tionem perueniri nō potest. Se supra omnes disci
 plinas explicat, omnibus uires accōmodat, omni
 bus disciplinis superior constituit/ tanq̄ Arx quæ
 dam sit, & conseruatio reliquarꝝ: quæ dū pruden
 tissime disputando uerū quæritat. Philocrates py
 thagoreus in Phœnicia rusticū quendā scite/ subti
 literq; ratiocinātem uidit/ admiratus ē: Et eo ma
 gis/q; Rusticus ille primus omniū/ Decem tantū
 Calculis uteretur, eosq; manu tenēs/ numeros cō

urborum qd

Propria
laus Rhetorice.

Zeno Diale
tice inuētor

Latus Dia
letice.

philocrates
pythagoreus

de origine phy et bu ortu habet vide Luti
 ff. de cop. 118. m. m. ubi dicitur de uerborum
 usque p. 10. 167.

**Philocra-
tes autor
Arithme-
ticae.**

poneret/ut bonus cōcionator. Inspec̄ta igitur tali
ratiocinandi forma, atq; utilitate/ ualde est dele-
ctatus/& q̄primū animū ad imitandum appulit:
ut non solum Phēnicibus mercatoribus, uerum
etiam ceteris omnibus prodesset. Effecit enim suo
diuino ingenio homo ille natus ad benefacien-
dum: ut parua numerorū collectione/ parium, uel
imparium res multæ comprehenderentur: quæ
nunq̄, aut longissimo tēpore uix sciri potuissent.

2

Excogitauit autem Nouem numerorū figuras / &
unam, quam Equirotam appellauit: Quæ figuræ
q̄multas res possent comprehendere / & numeris
explicare.

3

Redegit in artem/ quæ numerum tra-
ctat, quam Arithmetica[m] uocauit: quæ adeo ne-
cessaria est/ ut nihil sine hac, aut uēdere, aut eme-
re, aut diuidere, aut deniq; percipere ualeant ho-

**Arithmeti-
cae laus.**

*Phoenices sub
toul*

mines. Hanc cum se primos inuenisse Phēnices
gloriarentur/ Nilus inuidit, suaq; effecit inunda-
tione/ut Aegyptii se quoq; aliquid hominū gene-
ri necessarium primos inuenisse gloriari possent.
Auctus enim Nilus / & maiore quidē q̄ antea in-
undatione confudit limites agrorum, signa qui-
bus propriū ab alieno discernebatur/penitus dele-
uit.

**Metēpsic^o
Geometria
inuenit.**

Metēpsicus aegyptius sacerdos/cum memo-
ria teneret quosdam confines, inter quos erat ti-
uulus quidam/mons, & arbor: Aegyptiis limites
suorū agrorū his uerbis ostendit.

οὐ πρὸς τὸ πρῶτον ἀγρὸς
ὁ ἀπὸ τοῦ τοῦ δὲ ἄλλου, οὐδὲ ἐστὶν. καὶ οὐ πρὸς τὸ δεύτερον ἀγρὸς
τοῦ ὄρους, ἡραγὸς ἐστὶν. καὶ ὁ τρίτος καὶ ὁ τέταρτος, ὁ πατὴρ τῆς αἰῆς

*Pitagore attribuit subuenisse arithmetica[m] y la geometria
ante y descripta / descripta in geometria[m] multo y
quod in 4. / hinc 4. dicitur. 4. dicitur. 4. dicitur. 4. dicitur
regio est hinc dicitur. hinc dicitur / omnia dicitur 93 y uiam
constare sub uis y postea dicitur.*

*mensurae... in vultu... geometria... pythagoras...
in triangulo... dicitur... geometria... pythagoras...
mensura... dicitur... geometria... pythagoras...*

ἡ δὲ ἐκ τούτου ὁ δὲ ἔχθρῳ ὁ ἀπὸς τῶν ῥητάμων. Hęc cū dixisset/
uirga, quam manu tenebat/cuiusq; agri terminos
diuidit, & metitur/ac dominis assignat ex tenaci
memoria, qua dicitur excelluisse. Hęc agrorum
terrę dimensio/uel disciplina/Geometrię nomen
est sortita: cui non sine causa summi uiri operam
dederunt. Est enim tam necessaria / tam honesta
homini: ut sine ea homo non uere homo dici pos
sit. Certe/qui Geometriam nescit, seipsum nescit.
Vacabat & huic disciplinę ipse etiam Pythago
ras in ora illa Italię, quę magna olim Gręcia di
cebatur / uir sane magnarum rerum inuentione
clarus: Qui cum animaduerneret / omniũ homi
num ingenium esse a labore ad libidinem procli
ue: cogitabat / quidnam efficere posset / quo ipsi
homines summopere delectarentur, laboresq; fa
cilius tolerarent. Hoc ipsum excogitauit, se rem
pulcherrimam/ animisq; hominũ gratissimam fa
cere, si aliquam ederet canendi formam: quę uo
cum modulationes/generaq;, & qualitates expli
caret/ atq; ad leniendos affectus plurimũ ualeret.
Hęc secum/quonam pacto perficere posset/agita
bat. Casu pręterit in publico/Fabros ignitum fer
rum mollientes ictibus/in aures eius Malleorũ so
ni certo sibi rñdentes ordine repente ceciderũt/in
qbus ita grauati acumina consonabant/ut utrũq;
ad audiētis sensum statuta dimēsiōne remearet/&
ex uariis impulsibus unũ sibi consonãs nasceret.

*Geometria
necessaria. dicitur
necessaria. dicitur
necessaria. dicitur*

*amphio iudicior
musica. copiam
stijr diu y fuger
no admirabile.*

*que tempore in unum
debet intrinsece y extrinsece
in aures iudicior abire
y cum uultu eorum y moribus
hinc. copl. 175.*

*La Guita de que Gallo / orpheo. d ii
la flauta Gallo. pay. Dios de arandia / los flautas de tal mersia
trigio al ql desollo apollo por q qso ignalar n el unla mersia
orion conitio magtar canedor y fuehbrado de los marin. y obia
so cratel musio. La musion leuata de spu y da delecta por la re
corda q tenemus en nros dios de la arand de dicho la q es un tabulosa
y sobetudich q q unisio q un q nosa q un q por q tenemus ofiende mag
voto.*

Attēde quo
pacto Py-
thagoras
Musica in-
uenerit.

Hic occasione sibi oblatam ratus deprehendendi
oculis, & manibus / quod cogitatione quærebat.
Fabros adit / & iminens operi curiosius intuetur:
annotās sonos / q̄ de singlorū lacertis conficiebant.
Quos cum ferentiū uiribus ascribendos putaret /
iubet ut inter se Malleos mutant. Quibus muta-
tis, sonorū diuersitas ab hominibus recedens / Mal-
leos sequebatur: Tunc omnē curā ad pondera eorū
examinanda conuertit. Cūq; sibi diuersitatē
ponderis / quod habebatur in singulis annotasset,
aliis ponderibus in maius, minusue excedētibus,
fieri Malleos impauit: quorū ictibus soni nequaquā
prioribus similes, nec ita sibi consonantes / exau-
diebantur. Tūc animaduertit concordiam uocis
lege ponderū puenire, collectis numeris / quibus
cōsentiens sibi diuersitas ponderū continebatur.
Ex Malleis ad Fides uertit examen / & intestina
ouium, uel boum neruos tam uariis ponderibus
illigatis tetendit, qualia in Malleis fuisse didice-
rat. Talisq; ex his concentus euenit / qualem prior
obseruatio nō frustra animaduersa promiserat / ad-
iecta dulcedine, quam natura Fidiū sonora præ-
stabat, & qualem animātes lenire posse sperabat.
Ex neruis etiā illis pulsis, soni quidā alii sibi con-
soni nascebantur: cum quibus uoce canere insti-
tuit. Talem ille canendi formā Musicā nomina-
uit: quæ tantum nō modo studii / uerum etiā uene-
rationis habuit: ut iidem Musici, & uates, & sa-

Musice lau-
des.

260

piantes iudicarentur. Musica dulcedine capitur
omne quod uiuit. Musica merentibus adimit me
rorem, hilares efficit hilariores, fistularum cantu
Cerui capiuntur, capiuntur & Delphines, Aues fi
stulis alliciuntur, fistulis etiam allecti Pastores in re
gione Babilonis/quaë Caldeæ gentis caput est, no
ctu pecora pascebant, forte eleuatis oculis in celum,
Boues plaustrum trahentes aspiciunt, mirantur Bo
ues inesse celo, at Belus unus ex Pastoribus acu
tior omnibus/putat esse stellas, & Boues uideri:&
ut non se decipi/ sed illos ostendat, cernit acutius,
diligentius obseruat (id quod ratus erat inuenit)
deprehendit septem stellas, quæ & Septentriones
uocantur, quæ ita erant in celo collocatæ/ut plau
strum cum bobus effingere uiderentur. Ex illis
enim septem stellis duæ quæ pariles / & maxime in
uno loco uiderentur/pro Bobus habebantur. Re
liquæ uero quinque figuram plaustrum simulabant.
Deprehendit/& quot horis hoc plaustrum uergeret
matutino tempore ad Orientem/ cum ab Occasu
se uertere cepisset. Hæc omnia Pastoribus osten
dit: qui crediderunt, & laudantes digitum exeruerunt.
Hoc pacto Belus Babilonius Astronomiæ princi
pium adinuenit: primusque hominum syderum natu
ram querendi uiam demonstrauit. Quam secuti
alii astroꝝ ortus, obitus, cursus, solisque & lunæ de
fectiones cognouerunt, & in tempus omne poste
rum prædixerunt/obseruandi, ac designandi astra

Belus re
ptor Astro
nomie.

*J. Frellin
Abilly*

Caru

Astronomia
quid.

*fulg. d. 1. 46. diuinitas) affertur primum sub eodem. alij p. arly
Gyfo de Japete y libra la fubida. talis uis fepo fubida d. p. in me
uoz y equino y la grandeza del sol maior q. la luna 700 p. t. l. 6
figura. 12*

**Astrologia
quid.**

Almagest pitagora

Neobulo videtur

in diogene laertio

Zodiarum nomen

maior fubidetur

facile demorari

to plato. ari

ph. ptolemaeo

Genesio p. ateni

uult. i. Cicero

redup. nunc ad

fallu. Guig. p. p.

**Honos est
virtutis ali-
mentum.**

Cesar.

Hadrianus.

legem/siue scientia, eorumq; coniunctiones/& di-
stantias certa pcurrendi ratione uocauerunt Astro-
nomia. Orationem uero de cursu astroz Astrolo-
giam, quæ est ars pulcherrima/& quæ Principes,
& Reges maxime decet. Hoc pacto Rector inte-
gerrime/ac uiri prestantissimi liberales Artes ho-
minu ingenii perspicacia adiuuentas esse/ueteres
sapientes tradiderunt. Quibus relatis/inter deos
ob inuenta ta pulchra (ut iidem ueteres affirmat)
quidam successerunt rerum gestaru magnitudine/
& honore, atq; uitæ dignitate illustres uiri. Qui
cu perspicerent cuilibet animali quidda propriu
a/natura datu; ut Ceruis currere, auibus uolare,
piscibus natate, hominis uero propriu esse scire.
Liberales artes sunt a deo totis ulnis amplexi/ ut
auxerint, atq; illustrauerint, ceterisq; mortalibus/
posterisq; eoz in apertum referentes/discedas tra-
diderint. Eos qui didicissent non donis modo, ac
pecuniis ornauerunt; sed etiã honoribus q; maxi-
mis honestauerunt. Honos/qui uirtutis est uber-
rimu alimentu Artes alebat/ omnes incendeban-
tur ad studia/gloria; Incendebantur & Principes
cum scirent imperia pre uirtute/ & scientia nihili
facienda; beataq; fore Ciuitates/si Principes phi-
losopharentur. Qui libenter incubuerunt/atq; mul-
tum profecerunt. In Cæsare tanta fuisse traditur
Astronomiæ cognitio; ut Annus ab eo correctus
fuerit. Magna & in Hadriano fuit eruditio lrae.
Magna etiam Astrologiæ, Philosophiæ nõ minor

in Antonio Galienus quoque quantum profecerit
 in bonarum Artium studiis indicat Epithalamium
 ab illo editum in Nepotum nuptiis: Ite simul pueri
 pariter sudate medullis, Omnibus inter uos non
 murmura uestra columbae: Brachia non hederarum
 non uincant oscula concha. Vixque aliquis e Romanis
 Principibus fuit qui non aut ipse fuerit erudi-
 tus, aut studiosus eruditorum hominum. Gothorum
 quoque ac Longobardorum Reges excoluere se huma-
 nitatis studiis. Principes pariter & Reges gran-
 dem pecuniae summam quotannis ex erario penden-
 dam statuerunt Rhetoribus, Medicis, Philoso-
 phis, Theologis: qui publice docerent. Egregium
 sane factum ac perpetua commendatione dignum, inge-
 nia prosequi, uirtutes ornare, & ad excolendos aios
 excitare iuuentutem: & non solum eos uiros qui huma-
 narum diuinarumque rerum cognitioni uacauissent, diui-
 tiis ac honoribus principes & reges honestauerunt,
 uerum etiam genus omne literatorum. Antoninus cognomine
 pius rhetoribus ac philosophis non solum salaria sed etiam ho-
 nores ac puincias decreuit. Ptolomeus rex Alexan-
 drinus literatissimos & doctissimos quosque ad se uo-
 catos, salariis donisque prosecutus est. Apollodoro
 summo Grammatico, amphictiones graeciae summum
 honorem habuerunt. Romani auream statuam Rhetori
 posuerunt. Beroso Astrologo ob diuinas predictio-
 nes publico in Gymnasio statuam in aurata lingua
 statuerunt. Hippocrati medicina pollenti, qui ue-
 nientem ab Illyriis pestilentiam praedixerat, & discipulos

Galienus.

Gothorum res
ges & Longo-
bardorum. *delicia*

Antoninus
pius.

Ptolomeus.
Apollodo-
rus.

Berosus.

Hippocra-
tes.

facere & magister eruditorum

Hercules & honores

Plato. ad auxiliandum circa Vrbes dimiserat, Herculeos honores Græcia decreuit. Platoni sapientiæ Antistiti Dionysius Tyrannus uictatam nauem misit obuiam / ipse quadrigis albis egredientem / in litto re excepit. Lacedemoniis olim Thebanā urbem comburentibus,

Pindarus. Pindarus hunc uersum pro suis foribus posuit Πινδαρου του μουσοποιου την ηγαν μη καιετι. Quo lecto / a / domo Pindari incendiū Lacedemo-

Archilochus
Apollo.

nii auerterūt. Quanti fecerit Archilochū poetam Apollo ex eo apparet / q̄ cū Archilochi intersector templū intrare uellet / eū his uerbis deus phibuit / Μουσαίων θεράποντα κα τέκτατες έξωθεν τ ναου. hoc est Mu-

Lycurgus
legulatoz.
Λυκούργος

larum ministrū interfecisti / exi de templo. Adem etiam magnū uirtutis testimoniū Lycurgo dedit cum illi ad oraculum profecto sic respondit Η κες ε λυκοεργι ερον τοτι τριονα υνευ. ζηνι φίλος, κες τω ασην ολυμπια δώματ εχουσι. διζω ε σε θεον μαν τυσομαι κ δε κες ανδρα. / idest Venis / o / Lycurge ad meū optimū templum Ioui carus / & omnibus cœlum habitantibus.

Laus legu-
latozis.
Iureconsul-
tus Ioui ca-
rus.

ante Deum dicam / an hominē. O / magna laus legumlatori Lycurgo data : Gaudebunt sane hi doctissimi Iureconsulti / & merito Iurecōsultum carum esse Ioui, & diis reliquis : & Apollinē dubitare an ille Deus sit / an homo. Nōne pulchrius, nōne excellentius est / q̄ diuitem, q̄ formosum, q̄ uictorem, q̄ Imperatorem dici ?

Varro.

Marci Varionis in Bibliotheca, quæ prima in Vrbe ab Asinio Pol-lione de Manubiis publicata Rome / & unius uir-

Handwritten notes at the bottom of the page.

17.

uentis posita imago est, haud minore (ut equidē
 reor) gloria principe Oratore/ & Ciue/ex illa inge
 niorum, quæ tunc fuit multitudine uni hanc Co
 ronam dante / q̄ cū eidem magnus Pompeius pi
 ratico ex bello naualem dedit Vrbe perterrita, &
 quid consilii caperet incerta/metu Catilinæ, con
 iuratorūq; aliorū/plebis/patrumq; cōmuni consen
 su maturatum est ad Consulatum demandandū
 Marco Tullio Ciceroni: q̄q̄ nouo homini, & in
 quilino/primariis Ciuitatis uiris præteritis. Non
 enim maiorū imagines tantam ei expectationem
 comparauerant: sed insignes literarū tituli/atq; ad
 ducta/e/Rhetorū scholis in forum/Senatumq; elo
 quentia/ Homero post mortem templa posuerūt.
 Mantuani in signis/in ædificiis/in monumentis
 publicis Virgilio caput insigne gentis præferunt.
 Sulmonenses Ouidianū illud Hemistichiū/ Sul
mo mihi patria est. Quanti literatos fecerit Iulia
 nus Augustus / unū illud satis dictum declarare
 potest, quo iudicauit Principū gloriam Poetarū
uersibus/ & ore inniti. Quanti essent uiri literati,
 Calistus Pontifex Maximus etiā ostendit. Olim/
 mortuo Nicolao quinto Pontifice Maximo/ cum
 ei successisset Calistus/ timereturq; ne a Iacobo Pi
 cinino bellum moueretur: atq; ad eum accessisset
 magnus quidam uir/ nouo tamen quod imineret
 bello/perterritus: Nō esse inquit/ q; Picininū ue
 reretur. Habere enim ecclesiā Christi Tria millia

Terre laus
 des Cicero
 nis.

Homerus.
 Attende bo
 nores.
 Laus Vir
 gili.
 Ouidij laus
 Iuliani Au
 gusti dictū.

Calisto

Attende vo
 cem Calisti
 pontificis p
 literatis.

Dignā sane
pontifice.

Gallia.

Hispania.

Landes
Romanorū.

Proprie

Landes Ro-

mani Gym-

nasij.

& amplius literatorū hominū : quorum consiliis/
sapientiaq; omnes omnium simul Europæ Ducum
conatus / facile reprimi, atq; contūdi possent. Qui-
bus effectum est / ut bonarum Artium studia in
tantum aucta sint / ut ad illa gentes fere omnes in-
cumbant. Florent in Gallia studia Philosophiæ.
Eadē studiorū celebritas est in Hispania, Ilerdæ,
Cæsareæ Augustæ, Salamaticæ. Verum apud Ro-
manos eo creuerunt bonarum Artium studia / ut
gentes ceteræ / maxime Græci, ope Romanorum
indigeant. Sunt enim multi Græci / nunc aliqua
doctrina præditi, qui Græcas literas etiā Romæ
didicerunt / adeo omnis generis literarum studia
apud Romanos uigent. Græcorū res / & disciplinæ
apud Græcos ipsos iacent omnes / amissa libertate /
deletis Urbibus seuissimo Turcarum dominatu.
Nostra tempestate literarum Gymnasia plurima
quidem sunt : quibus omnibus doctorū uirorum
copia, literarum prestantia, & indigenarum pro-
bitate / Romanū Gymnasium antecellit / Alexan-
drinū, Atticum, Massilioticum / memoratissima
apud Priscos Gymnasia. Non tot illustres Gram-
maticos, non tot eloquentes Oratores, nō tot san-
ctos Poetas, non tot acutos Dialecticos, non tot
nobiles Philosophos, non tot prudentissimos Iu-
reconsultos, non tot experientissimos Medicos,
nō tot diuinos Theologos habuerunt / quot habet

Romanū Gymnasium: quod indies magis flo-
 rescat conuentu scholasticorum frequentissimo,
 & claritudine professorum: qui tanta sunt excel-
 lentia præditi/ & in eo doctrinarum fastigio collo-
 cati, ut etiam non nominati nominentur, ut solo
 nutu intelligantur: Quorum uirtuti/ & nomini
 fauet cetus scholasticorum, & assurgit ordo pro-
 fessorum, Qd non possum non polliceri sub Leo-
 ne Decimo Pontifice Optimo Maximo / sub quo
 spiritum, sanguinem, Patriam, studia receperūt:
 Qui doctos uiros/ & in quocunq; doctrinæ gene-
 re claros magnis mercedibus allicit / atq; condu-
 cit: euocat ad se rādem undiq; magnis stipendiis
 quos nouit magnæ celebritatis/ac famæ: nec pa-
 titur Rhetoricam, Philosophiam, Theologiam,
 Musas ipsas deniq; omnes, aliqua in latebra de-
 litescere / atq; sordescere. O/ Pontificem clemen-
 tissimū. O/ Pontificem liberalissimū. O/ uerū in
 terris Christi Vicarium/ q; memores/ ac grati ho-
 mines aris/templis/ sacrificiis/ statuis, & olim te-
 stati sunt, & hodie testantur, ac testabūtur in po-
 sterum laudātes. Etenim quis nam magis est iu-
 re laudādus/ q̄ nostrū omniū Pater summus Pon-
 tifex Leo Decimus: qui nō magis prudentissimo
 rū hominū iudicio electus est/ q̄ natus ad illā di-
 gnitatē uidet: quem deus nobis præbēs: singulari

Laudes
 Leonis
 pontificis.

c ii

Vere laudatus
des Rectoris
Domini
ci Jacobatij

quadam hoc seculū est beneficentia profecutus:
& quo sospite (ut est hominū opinio) res humane
sunt futuræ felices. Audiuistis igitur uiri prestan-
tissimi hac in confessione/ut ingenii nostri perspi-
cacia liberales Artes adiuventæ, auctæ, atq; illu-
stratæ fuere: Mansimus promissis/ & nostrū pen-
sum absoluimus/ Rector integerrime; Qui tanto
doctis hominibus præstas, quanto/ uel syderibus
Sol cæteris/ uel mare cunctis annibus antecellit;
Nō blandior/ nota cunctis, & testata loquor. Ab-
sit ut te emerendi fauoris gratia impensius lauda-
uerim/ quippe qui sciam/ & me improbaturos ho-
mines/ si mentiar & te talem esse: qui nec te ipsum
ignores: & testimonia tuarū laudum malis in pe-
ctoribus esse/ q̄ in linguis. Quid restat igitur, nisi
ut adolescentes/ & iuuenes ad liberaliū disciplina-
rum studia exhorter/ inuitem/ & rogem: Quo fa-
cto nostræ Orationi subinde finem imponemus.
Tempus est/ ut receptui canamus/ & Orationi no-
stræ finem faciamus, lætæ indolis adolescētes, mo-
ribus/ & fortuna bene ornati: ac iuuenes egregii/
sūmo loco nati/ apprimeq; nobiles. Sed prius est
animo repetendū/ est & reminisci opere precium,
Equū uehendi causa genitum, arandi Bouem, ue-
nandi/ & custodiendi Canem. Vos uero ad prædi-
ctas liberales artes amplectendas esse progenitos:
quæ nobis hodie adeo propagatæ / atq; illustrate,
nullo labore se se offerunt/ præbentq; discēdas: tot

nos preceptoribus/tot exemplis/tanta impiorum uo-
luminu affluentia patefacto aditu inuitat: ut pos-
sit uideri nulla aetas studedi felicior q nra /uidere
est/no metior. Cū sit ergo hominis ppriu scire/cū
scientia animā pficiat, cū maximū acqrendæ sciæ
studium in maioribus nostris fuerit, cum Roma-
num Gymnasium omnibus Gynasiis antecellat,
cum liberales artes certæ/ac stabiles sint/& firmæ
possessions, cum maximus honos ab hominibus
diisq; uiris doctissimis datus sit/ ut abunde supra
a nobis est demonstratum/ excitemur, expergisca-
mur omnes/& liberales artes: quę nobis diuitias/
famā/gloriam/ imortalitatem largiuntur, ample-
ctamur + Cumq; etiam sit summū bonū scientia:
Contra/ summū malum ignorantia, Vultis ne in
hoc esse summo malo? ut ignorātes sitis? Vultis
ne humanę naturæ repugnare? & propriū homi-
nis abnegare? Vultis ne Romanū Gymnasium
dehonestare? Vultis ne caduca p stabilibus, mor-
talia pro eternis, uilia pro ptiosis tota mēte dilige-
re/atq; consecrari? Absint ista/a/generosis animis/
per deum imortalem ignorantia mors est. Exper-
giscimini ergo/ atq; exurgite omnes indigenæ/ad
uenæ/ conuenæ: qui Romā ad capiendū ingenii
cultum cōuenistis, & liberales artes strictis ulnis
amplexamini/insudetis: imoremmini lris/quæ uos
solæ ad maximos diuitiarū/dignitatūq; apices ex-
tollūt: quæ nō/a/patre hereditariæ, nō/a casu pen-

ignoran mōz
47

*Proprie
laudes lras*

dulce, non ab ætate mutabiles sunt/ut cetera omnia
quæ admiramur: sed post fata etiam inuiolabiles/
firmæ/ac perpetuæ uiuunt: Quæ ditant pauperes/
diuites ornant: quæ Principes eligunt/ Regibus
imperant/ Pontifices moderantur/ deumq; Opti-
mum Maximum nobis adeo conciliant / familiaremq;
efficiunt: ut pares etiam ipsi uideamur. Proinde
colligite uos: iam satis temporis ocio datum est.
Hic dies aliam uitam affert, alios mores postulat.
Surgite/agite/& studiis pulcherrimis rerum ma-
ximarum totis uiribus incumbite. Colite liberales
artes/ humanæ societatis ornamenta/ & uincula.
Colite studia humanitatis / omnis uitæ decus/ &
delectamentum. Ceteræ res/neq; temporis sunt/neq;
ætatum omnium/neq; locorum. Hæc studia adolescen-
tiam agunt, senectutem oblectant, secundas res
ornant, aduersis per fugium / ac solatium præbent,
delectant domi, non impediunt foris, pernoctant
nobiscum/peregrinantur/rusticantur. Quo circa
studiosius colenda est humanitas/ bonarum literarum
studia/ uirtutum omnium eruditionem secum habe-
re copulatam tradunt uiri sapientes: Nullam ue-
ro partem laudabiliorem/ rebusq; hominum magis
conducentem/ quam quæ ad humanitatem spectet. To-
ta enim in mitigandis uersat affectibus/ animisq;
ciuili mansuetudine componendis: Nihilq; tam
conferre ad indignam homine atrocitatem domi-
tandam/ exuendamq; feritatem, quam literas/ easq; ma-

Laudes lra-
rum ac stu-
diorum huma-
nitatis.

xime/ q̄ ab humanitate cognomen meruerūt. He-
 racletus Ephesius philosophus nobilissimus dice
 re solebat, Εἴ μὴ ἥλιος ἦν, εὐφρόνη αὐτῶν. hoc est, Nisi sol
 esset/ nox utiq; esset. Plutarchus autem hunc imi-
 tatus/ simile quiddā pronunciauit, Εἴ μὴ ἅλασσα ἦν
 πάντων ἀγριώτατος ζῷον ἔσται δὲ τῶν, ὁ αἰθρῶν ἦν. hoc ē/
 Nisi mare esset/ omniū rusticissimum animal / &
 asperrimū homo esset. Hoc autem dixit: quoniā
 ex India uites, & ex Phēnice literę nauigando in
 Græciam deportatæ sunt. Ego uero/ ut aliquid nō
 longe ab his discrepans/ in mediū afferam. Dico/
 nisi studia humanitatis essent: nihil eruditionis/
 ac uirtutis haberemus: Quo bono/ nullum opta-
 bilius/ nullum præstantius: neq; datum est mor-
 talium generi deorū concessu: neq; munere dabi-
 tur. Redeo igitur ad id/ quod supra uos monebā
 adolescentes/ iuuenes/ indigenæ/ aduenæ/ conue-
 næ: ut humanitatis studia colatis: Quod si fece-
 ritis / tantam frugem, tantam sapientiā ex eis re-
 portabitis: ut nec me falso uobis consuluisse: nec
 uos frustra consiliis meis paruisse cognoueritis.

Heracletus
 Plutarchus.

DIXI.

¶ Habita fuit Oratio Romæ/ in tem-
 plo diui Eustachii. XV. K̄. Nouemb̄.
 in die sancti Lucæ. Anno salutis
 M. D. XVI. & Pontificatus Leo-
 nis Decimi Tertio.

Handwritten notes in a cursive script, likely a library or archival inventory. The text is partially illegible but appears to contain details about the manuscript's classification and location.

¶ Dominicus Marfus.

Hactenus humanas tenuit sententia mentes
Quis primū ingenuas finxerit arte uias.
Hoc lege perplacido siculus quod condidit ore
Qui bene cum graiis uerba latina serit.
Hic tu cum belo claram miraberis arcton :
Cum famio uoces grāmata mercurio.
Hic nilus tumido populatur flumine campos.
Ut rerum causas cogitet inde sophos.
Hoc quoq; miraris moderātem cuncta coracem.
Rursus & a siculis nascitur eloquiū.

¶ Io. Benedictus Annius Viterbieñ.

Vis tu septem artes ; uis totū rhetora : si uis
I celer : I siculi munera sume tui.
Nec gestus : uocem : uultus : nec uerba require.
Tam bene cuncta dedit q̄ bene concinuit.

¶ Aurelius Serenus Monopolitanus.

Artibus inuentis siculi facundia linguæ
Ostendit magnæ fertilitatis opus.
Nam reddens causas propriū sibi uendicat ipse
Et cōmunis erat qui suus extat ager.

Ignatius de Besse Pannonius, Reuerendo
in xpo patri & dno, dno Andree/Eximio
decretorū Doctori, Præposito Chas,
meñ. Canonico/ & Vicario Ec/
clesiæ Zagrabien.

S.P.D.



Erpauci præteriere dies uir huma-
nissime / quū plerasq; literas simul
cū Oratione doctissimi, ac eloquen-
tissimi uiri dñi Iulii Simonis Sicu-
li in die sancti Lucę Euangelistę in
æde Diui Eustachii/ corā Reuerendissimo in xpo
Patre/& domino/dño Dominico Iacobatio de Fa-
celcis, Episcopo Lucerineñ. Auditore Rotę, San-
ctissimi dñi nostri Papę Vicario/ ac huius celeberrimę
Vrbis Romę Academię Rectore haud in-
digno/ uiro integerrimo, habita: ad Reuerendū
in Christo Patrem/ & dominū, dñm Franciscum
Feguuerneky, Præpositū Ecclesię Beatę Marię
Virginis de Saag, in Regno Hungarię ordinis
Præmonstraten. Visitatorem generalem dignissi-
mū/ Iouem meū alumnū / me daturum institue-
ram. A/quo quidem/ubi exemplum eiusdem pro
nostra necessitudine/ & ueteri amicitia, quę non
mediocri intercedit/ mihi dari poposcissem (uis
enim amicitię nostrę efflagitabat, ut maiora qui-
dem pro me faceret) confestim uir ille dicendi pe-

[Faint handwritten notes in a cursive script, likely a continuation of the letter or a separate entry.]

ritissimus, & in studiosos liberalissimus / illius
dedit Orationis exemplum : quo te quoque partici-
pem subito haud indignū fore existimaui, quum
ut meā erga te testarer beniuolentiā, & gratitudi-
nem / tum etiā gratulareris me cū uiris illis cōuer-
sari / a / quibus melior indies reddi possem. Et de-
niq; ut in his præludiis meis / si qui (quū hæc in
manus doctissimorū / hoc est / tui similiū dilaberentur) & oleū, & impensam frustra perdidisse affir-
marent / nō tempus illud studio impensum (quod
quantulū fuerit, compertū sane tibi est) uerū in-
scitiam forte / & scabrosam (ut ita dixerim) linguā
nullius eloquentiæ ornatu excultā diiudicantes /
incusarent / tuo satis amplo protectus Clipeo, ta-
lium iacula / ac locutuleiorū quorumcūq; uoculas
procul iaciendi / & penitus refellendi mihi præbe-
retur ansa; Sic demū tuo protectus patrociniō / eo
erga me quem iam dudū in te cognorari fore ani-
mo / Reuerendissimoq; in Christo Patri / & domi-
no, dño Thomæ / miseratione diuina / tituli sancti
Martini in montibus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Pbrō Cardinali Archiepō Strigoniē. Patriarchæ
Cōstantinopolitano / ac Sāctissimi domini nostri
Leonis. X. Pontificis Maximi de latere Legato :
quem adeo te sui intimū fecisse animaduerto, &
semp cognoui / quo nihil ab eo / & si res parua fo-
ret / incassum imploraturū arbitrarer cōmendari
nō dedignareris: Qd si (ut spero) facies / ad quod

267

cūq; genus officii me tibi imperpetuū deuincies,
& gratissimū habebis debitorem + Vale literatorū
portus/& aura : mearumq; rerum præsiidiū/& me
tuo singulari illo amore ama + Romæ, Octauo
Idus Martias + M.D.XVI.

Romæ impressa/in Campo Floræ,
in edibus Marcelli Silber.

de hoc tpe deplorando que ni in p'cio h'ant q' d' retel.
quero de h'ant. sic ait q' grande abdo la admiracio
q' ab q' uel etorido (p'nd' q' s'ib' lectoz) considerando
q' poco son. los q' enste nro tpo p'fession el estudio delas bue
nas y p' tuosal artes liberales. aujendo sido etas en los tpos
passados tan estimadas y enalçadas intan alto y sup' mo q' do
q' a solos los nobles p'tendian, q' como p' p'ticular deos y p'ui
lego, aprendieral considerando bien la gran comodidad q'
de las podia tener. Por q' p'idad? nro ningū feuto mas
ab'ulo. ni mas aplazible ni dulce b'uen alos q' b'os p'ue
deu enmar q' del estudio q' timo delas artes q' son b'uenal
p'is d'las reas salud et nro y amho. d' m'cho de mas de ser
honestidad delabida, y d' d' d' nro q' m' h'eroso dela fama,
lo q' cons'iendo bien los sabios antiguos todo sup' el
d'io y mayor d'ly y unidado enderecaro s'ep' en p'ber
co dexassen a sus descendiebr rios y famulos. no tanto
co el oro ni b'enes mudamos: quanto a stud' p'uenas artes
teniendo la sabid' por b'hadera p'f' q' y p'ual refero y
stimado en nro tpo q' de al comen co las fueras del use
d'io q' no a las fueras corporales y menos p'ando los
cubidias y ambiciones q'as: los q' les n'ada an p'f' q' m'
de los p'genios q' b'os. por q' endo q' se p'tentara a to q'
tenia y p'of' q' n. No se p'tendia ni b'uscara co sola tud
y l'erra alguna q' p'hor. mas sola la p'tud era tenida en p'io

